PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 94r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



qui eum mentibus mundis intuentur,

Laetabitur iustus. quia quando impii damnantur in poenis. iusti laetificantur in premiis, Cum enim sanguis peccatoris effunditur. Tunc manus. idest actus iusti hominis corriguntur, Impio enim pereunte commonetur iustus se cautius diligentiusque custodire,

In finem iam dictum est. idest sine fine, Ne disperdas dauid in tituli inscriptione, et hoc quoque frequenter ponit ut passio dni per haec indicia declaretur, Domus enim dauid. indicat monumentum. ubi triduana morte requieuit. quod ad custodiendum miserunt iudaei,

Prius quam intellegerent spine uere ramnum. sicut uiuentes. sicut in ira absorbet eos,

Letabitur iustus cum uiderit uindictam. manus suas lauabit in sanguine peccatoris,

Et dicet homo si utique est fructus iusto. utique est ds iudicans ÷ eos: in terra,

In finem ne disperdas dauid in tituli inscriptione quando misit saul et custodiuit domum eius ut eum interficeret, Xps orat ne ei inimici nocere pualeant. dicitq. quem ammodum in fine seculi conuertendi sint iudei. pquib. & oratio mirabili pietate depromitur,

Eripe me de inimicis meis ds meus. & ab insur

haec loquitur ad populum peccantem, ramnus spinarum genus est aculeis asperrimum et flore gratissimum. sigt pflores retributionem bonorum, per aculeos poenam malorum, Sicut uiuentes. quia uiuere uidentur et mortui sunt, Omnis enim peccator in peccatis degens. ueritati moritur, Sicut in ira absorbet eos. hoc sig subitu eoꝝ interitu cum iusta uindicta,

Vult enim hic intellegi. quia nec mali in hoc saeculo omnino a poena sunt liberi. quamuis florere uideantur. quia qui non crediderit. iam iudicatus est, nec etiam boni a beneficio sequestrati. licet mundanis oneribus imprimantur,

Petit humanitas uerbi ex humanitate sine macula peccatorum diabolum. uel ministros eius iudaeos auertia se, Nos autem sic petemus ob noxii. ab inmundis spiritibus. diuina misericordia liberari, Inimici xpi fuerunt iudaei. cum ei inuidebant occulte, Insurrexerunt cum praeceptis eius obuiauerunt,